



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De milite Meingoso, quem diabolus per pauime[n]tu[m] traxit, cap. 42.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

Miles quidam Meingosus nomine, cū adoles-
cens in Francia linguam disceret Gallicam,
grauiter infirmatus, spe conualescentiæ ad
sanctum Remigium Remis peregrinationis votum fe-
cit, sed non soluit. Reuersus verò in prouinciam suam,
voti transgressor, multis diebus elapsis, cū alter qui-
dam miles Gundolphus nomine, vir nobilis de villa
Sesselingen oriundus, suscepta carena, tempore capi-
tuli generalis Cistercium ire proponeret, & hoc prædi-
ctus Meingosus cognosceret, rogauit illum vt se susci-
pere veller in comitem peregrinationis. Quod cū
ille gratum haberet, simulque ad villam quæ Trica-
strum vocatur iuxta Diuionem sitam venissent, cū
ad prandendum in terra more pœnitentium cōsedis-
sent, sanctus Remigius Remensis episcopus, pontifi-
calibus indutus, transgressori suo apprensus, ait: Mein-
gose, quare non soluis votum tuum? Miles verò cū
tam de visione, quam de voti improperatione terrere-
tur, mox diabolus aduolans, verbis admonitoriis ver-
ba dissuasionis adiunxit, dicens: Noli festinare, bene
votum solues quando poteris. Nihilque aliud dicens,
hominem pedibus arripens, per ventrem in pauimē-
to tam immisericorditer traxit, vt facies eius in qua-
tuor partibus vulnerata, sanguine erumpente terram
infunderet. Quem cū Gundolphus sic trahi videret,
& trahentem non aspiceret, sicut ab eius ore audiui,
turbatus ilico surrexit militēque brachiis stringēs,
cū sortis esset, retinere vix potuit. A quo cū cau-
sam culpæ simul & pœnæ didicisset, ait: Consulo vt
reddas votum tuū. Respondente illo. Non modò habeo
expensas, dedit ei solidum sterlingorum, & ille soluit
votum neglectum. **APOLLONIUS**: Vt video non mul-
tum a nobis demones sunt remoti, qui ad puniendū
nos tam sunt parati. **CÆSARIUS**: Quod semper sunt
iuxta nos & circa nos, in subiecto cognosces exēplo.

Anno præterito tempore vindemiæ Cellerarius de
Lacu, cuiusdam cortis, monasterij vineam duobus

*Peregrina-
tionē
suscipere
ex pietate
volentes reu-
tes reu-
bunt.*

*Demo-
nes sem-
per circa
nos esse.*